

Thomas Lindemann

**Programma Quo ad Funebres Exequias Quas Matronae ... Annae Michaelis Viri ...  
Joannis Maesii, Senatoris huius urbis meritissimi coniugi delectissimae viduus  
moestissimus, paratas expetit Omnes omnium ordinum Cives Academicos  
officiose invitat**

Rostochii: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770665837>


Druck Freier  Zugang





Lindeman, T.,  
in  
**A. Michaelis,**  
uxor. J. Maes.  
Rostock, 1626.
















Programma

*Quo ad*

Funebres Exequias

Quas

MATRONÆ SELECTISSIMÆ

ANNÆ MI-  
CHAELIS

*Viri Prudentissimi & Spectatissimi,*

JOANNIS MAESII,

Senatoris hujus urbis meriti con-  
jugi dilectissimæ viduus

*paratas expeti*

Omnes omnium ordinum Cives  
officiosè invitati

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

THOMAS LINDEMAN, J.D.




ROSTOCHII

Excudebat JOACHIMUS PEDANUS,

ANNO M. DC. XXV.









RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

THOMAS LINDEMAN

J. U. D. & Professor.



Alexandrum scribunt Mace-  
donem, cum Jovis Hammonis tem-  
plum accessisset, atque ab eo filij no-  
mine appellatus esset, credidisse isti  
idolo, idq; ex Homeri sententia, à  
quo πᾶσι θεῶν πατέρα Διὸς Divum  
pater atque hominum dicitur. Id  
cum ille admisisset oraculum, etiam  
amplius ex hoc patre suo querere voluisse, non quidem de  
Darij Persarum regis fuga, non de calamitatibus Græciæ, non  
de turbis Asiæ: sed tanquam in illis & alijs nihil esset periculij  
de Nilo rogasse, è quibus fontibus ille fluvius ortus in Ægyptum  
feratur. Hoc unum scilicet ei ad felicitatem deerat, scire,  
quibus locis ignoti fontes Nili essent, eor; cognito sibi sa-  
tis beatus & alijs videbatur: cum certè nihilo beatior futu-  
rus fuisset, si cum Nilo, ipsum quoq; Danubium, Rhenum  
& Albim, adeor; ipsum Oceanum & quæcumq; de illo dicun-  
tur, habuisset vel cognitissima. Multo sapientius baud  
dubie fecisset, si fluvios eorumq; aquas desfluere sruisset, quò  
A 2 cor



eos Deus inuoluit, ipse vero hunc suum patrem, vel quem-  
cunq; alium interrogasset ac responsum inpetrasset de re, quæ  
multos mortales turbat, quæq; intellecta & percepta nec pau-  
cis, nec leuibus malis totum genus liberat. Nimirum quid  
sit, quod pater ille hominum & uniuersi conditor, cum sit  
optimus & maximus, multa tamen mala toleret, quæ cum-  
eas bonitate simul & potentia, imo etiam sapientia pugnare  
videntur. Plus ni fallor contulisset hæc questio ad usum &  
commodum totius humani generis, quam cum Dorici de Pelo-  
ponneso, aut Athenienses de Jonia, aut de Sicilia quasiuerunt  
Corinthij. Quid nos vero, an hos imitabimur, & cum  
Alexandro ad Jovem Ammonem, aut cum cæteris ad Apol-  
linem Delphicum, ad quercum Dodoneam, ad antrum Tropho-  
nij, ad alia oracula ibimus? Nihil quidem hæc opus est mo-  
lestia: alia sunt nobis oracula, alia literæ, alia responsa,  
cujus libet Sibyllæ folijs ueriora ac certiora, ex quibus didi-  
cimus, quod Mors hominis, quo terra nihil æxidvovæ alit  
ex poëta sententia, & rei sic se habentis ueritate, (cætera enim  
ut sunt Fames, Bellum, Pests, diluuiæ, Incendia nunc ta-  
tebimus) quam homines malum esse dicunt, peccati sit sti-  
pendium, Quod ira domini faciat nos deficere, quod  
ejus furore turbemur, quod iniquitates nostras posuerit  
in conspectu suo. Nimis enim frigida uidentur quæ phi-  
losophi de Materia & Forma comminiscuntur, quæ licet alibi  
suum locum habeant, hæc in re merito ab ijs rejiciuntur, qui  
altius ab illis ad autorem earum suis meditationibus adscen-  
dunt. Quid uero de pijs hominibus dicent, quid causæ affe-  
rent? in quibus ut eadem sit materia, certè forma longè ali-  
ter in pijs, aliter in impijs affecta esse deprehenditur. Si igitur  
quotidiana experientia nos docet, homines probos & qui  
suos affectus non tantum ad sanæ rationis ductum sed & Spi-  
ritus



ritus Sancti nutum componuat, non minus rara nostra morta-  
 litatis exempla nobis relinquere, quam qui rectam rationem  
 excutiunt petulanter, & Spiritui Sancto per verbum suum  
 eos vocanti, ducenti, monenti resistunt, annorū omnis illa de  
 Materia & Forma quasi malorum causis evanescit cōmentatio  
 & animos quarentium in dubio relictos destituit. Nimis prob  
 dolor, triste exemplum habemus in Ampliſſ. prudentiſſ. ac do-  
 ctiſſ. Viri, Dn. JOHANNIS MASII, Senatoris eximij,  
 amici nostri honorandi, conjuge ANNA MICHAELIS,  
 qua repentino & insperato plane obitu suo hanc operam nobis  
 peperit. Illa enim etate florentiſſima, virtutibus prædita,  
 qua sedula matrifam, & uxori suavissima simul castiſſimæq; &  
 sui mariti amantiſſima, ut sæcundæ sic diligenti ac  
 sollicita conveniunt, viâ omnis carnis ingredi coacta est, cum  
 atate, liberis, opibus honoribus floreret & hac tanta bona sin-  
 gulari modestia ac pietate ornaret. Nata est enim piæ defun-  
 cta matrona seculi superioris Anno nonagesimo octavo, ex ho-  
 nestiſſimis parentibus, cum patrē habuerit, JACOBUM MI-  
 CHAELIS & ANNAM BODDEKERS matrem: avus pa-  
 ternus ei fuerit JACOBUS MICHAELIS, vir integerr-  
 mus, maternus vero, HENRICUS BODDEKER vir pius, re-  
 ligiosus publicè & privatim bene notus & in præfectura VVar-  
 nemundensi, quam administravit, justè ac integrè versa-  
 tus. Isti parentes cum scirent sexus muliebris præcipuas vir-  
 tutes esse, Pietatem, castitatem, domi custodiam, & qua i-  
 stas comitare amant, alias, tenera atate puellam sic educa-  
 runt, ut cum lacte materno pietatem, qua ceterarum virtu-  
 tum est fundamentum, inbiberet, eamq; crescentibus annis  
 assiduo verbi divini auditu in officina Spiritus Sancti ale-  
 ret, augetet ac confirmaret. Accessit exempli domestici  
 efficacia, quod cum illa quotidie tanquam speculum intueret



tur in arte regendi familiam ita paulatim profecit, ut Anno  
etat. octavo decimo maritum sibi virtutum suarum cesso, mi-  
nimè vero lascivis, ut passim videmus, illecebris attraxerit  
ac devinxerit haud vulgarem & plebejum, sed ijs virtutibus  
ornatum, ea doctrina, prudentia & rerum agendarum dex-  
teritate cognitum, ut paucis annis post matrimonium cum  
hac virgine contractum in ordinem hujus Reip. Senatorium  
cooptatus sit. Quem cum ista Sponsæ electio minimè fru-  
strata esset, accessit ad suavissimam conjugii divina benedi-  
ctio, qua ipsa mater, hisce decem annis, mensibus tribus, die-  
bus quatuor, tot enim vixit in conjugio, digna qua deca-  
das totidem viveret, septem liberos marito patri dedit,  
ANNAM, MARGARETAM, CATHARINAM.  
I. CATHARINAM. II. TILSAM, filios duos JACO-  
BUM & HENRICUM, ex quibus amba CATHARINÆ  
cum HEINRICO denata matrem in hac via præcesserunt, su-  
perstitibus reliquis, & ut diu sint solatio vidui parentis hoc ca-  
su afflictissimi DEUM ex animo precamur. Hoc tempus  
conjugij quanto limitibus arctioribus à DEO sic ordinante  
circumscriptum fuit, tanto clarius ex illo virtutum rariè  
proluxerunt virtutes, quibus hunc maritum sibi conciliave-  
rat, quasi ipsa occulto mentis instinctu hoc ageret, ut virtu-  
tum excellentia conjugij brevitatem compensaret. Cum  
enim ex earum numero esset, quas Apostolus noster  $\alpha\upsilon\tau\omicron\pi\omicron\varsigma$  qua-  
si dicamus, Domi custodes, domi curantes, vigilantes, fide-  
deles, mariti ac liberorum amantes vocat, iisdem artibus mu-  
tuum sui mariti amorem adeo constantem retinuit, ut cum eo,  
nunquam in sacellum Deæ Viripalacæ venerit, nunquam in-  
gratiam, redierit. Sed revera sic est, uti dicitur HOMO  
FLOS. Florebat nimirum juvenis matrona plurimis bonis,  
nec, instar Poëtice Niobes, aliarum felicitatem provocabat, sed  
piè, castè, modestè florulenta fortuna sua utebatur ac frueba-  
tur,



zur, cum FLOS iste cepit agre habere marcescere, nutare, &  
 interitum, qui tamen initio morbi nondum timeri poterat,  
 minari, idq. ipso dici, quo maritus, nunc viduus mestissimus,  
 missus, & jussu Ampliis. Senatus hujus urbis, ad Juridicam pro-  
 vincialem profiscisceretur. Ac dimisit illa quidem publico na-  
 mine discedentem, cui privatam caritatem ac necessitatem  
 mulier juxta patria & mariti amantiſſima posthabuit, sed  
 non sine suspiriis plurimis dimisit, quibus discedentem proſe-  
 cuta est. Interim crescit morbus indies, febris enim erat in-  
 ordinata, crescunt varia eaq. graviora symptomata, crebra  
 oscitationes, pandiculationes, horrores, appetitus dejectio: eaq.  
 omnia ab ortus, qui duo de vigesimo hujus mensis die accesserat,  
 auxit. Ex quibus cum nihil sanè, sive ut Graci alio sensu so-  
 lent, εὐδὴν ὄψεσθαι ominaretur & judicaret medicus peritissi-  
 mus, & alij, missa illa nuntio, virum ex publica actione revo-  
 cari curavit quidem, sed ille occulto presagientis malum ani-  
 mi instinctu, nuntium ultro praevenit ac domum reversus ani-  
 mi sui dimidium lecto affixum deprehendit & ita affixum,  
 ut vigesimo die hujus mensis, cura se rite ad illud iter prepa-  
 rasset ac procurasset, pie placideq. expiraverit. Et quidem  
 haud male cum illa actum esse scimus qua, quod in sacris olim  
 usu pari solebat, ἐφύγετο καὶ τὸν εὐρεὶν ἀμεινον, ex tempestate hu-  
 jus mundi in portum caelestem subducta. Quin potius gratula-  
 mer vi hanc tranquillitatem, hunc portum, hoc gaudium; sed  
 mariti nunc vidui mestissimi, uxorem carissimam desideran-  
 tis & liberorum parentem sollicitam, ac sedulam curatricem  
 requirentium vicem dolemus. Ille enim, cum haberet non so-  
 lum quacum domesticas educandorum liberorum ac regunde  
 familiae curas partiretur, imo cui soli cas commendaret, sed in  
 cujus etiam sinum ex publicis negotijs contractam interdum  
 aegritudinem deponeret, ac suavissimo alloquio mitigaret, nec  
 domi nunc invocit sociam curarum publicarum, nec foris do-  
 mesti-




mesticarum. Isti vero, cum patrem publicis negotijs occupa-  
tum ac districtum habeant, non possunt non gravissimo presen-  
tia materna desiderio affici. Quare Cives Academici hunc  
eorum dolorem, qua possumus ac debemus ratione, leniamus.  
Solatia quidem cetera Viduus mestissimus, Vir in schola pie-  
tatis & meliorum literarum à puero educatus, rerum humana-  
rum cognitione instructus, nec in isto genere tyro, sibi à se ipso  
per Spiritus S. gratiam & opem prestare poterit, quippe cum  
sciat, nihil sine DEI & quidem optimi parentis voluntate pro-  
pitia fieri, qui suos dilectos tempestati, ut apparet, imminen-  
ti partim subducit, partim quamdiu visum fuerit relinquit:  
Cum sciat ὅτι ἡ ἀθάνατος οἰκονομία τῆς ψυχῆς, αὐτὸ τὸ εἶναι ἀθανάσιος  
ἐργάζηται καὶ γένησθαι μέλλοις & βίη. Quam vulgus mortem vo-  
cat, id ipsum esse principium immortalitatis & futurae vitae  
natalem: Cum sciat hominis p̄i voluntatem divina subijcien-  
dam, nec beatè defunctorum felicitatem luctu ac lacrimis in-  
moderatis & Christiana professione indignis infuscandam  
turbandam, minuendam: Cum sciat spem beatam futurae resur-  
rectionis non pati, ut instar Ethnicorum doleamus, qui ista spe  
destituuntur. Hec ergò & alia cum sciat, nisi forte meroris  
nebula obrutus animus ea pervidere nequit, nos presentia  
nostra & frequentia in cobonestandis exsequiis officio adfe-  
ctum & condolentiam nostram ei declaremus. Postulant  
illud à nobis non tantum viri egregij merita in Rempubl.  
etiam nostram hanc literariã, & favor singularis, quo nos, no-  
straq; studia prosequitur, sed & Christianae pietatis ratio &  
humanae fragilitatis communitas. Quapropter hoc officium  
quicumq; Viro Ampliſſ. ejusq; defunctae conjugii prestare vo-  
luerint, volent autem omnes qui possunt, ἢ in templo S. Nico-  
lai hora media I. convenient & suam sibi fragilitatem ob ocu-  
los ponent, ac DEO Opt. Max. Ecclesiam suam, provinciam, ci-  
vitatem & in ea Academiam ejusq; salutem & incolumitatem  
serijs precibus commendabunt. P. P. Rostochij sub sigillo Aca-  
dem. Anno 1626. die Januar. vigesimo tertio,




















ritus Sancti nutum componuat, non minus  
littatis exempla nobis relinquere, quam qui  
excutiunt petulanter, & Spiritui Sancto p  
eos vocanti, ducenti, monenti resistunt, ann  
Materia & Forma quasi malorum causis eva  
& animos quarentium in dubio relictos dest  
dolor, triste exemplum habemus in Ampliſſ.  
Et iſſ, Viri, Dn. JOHANNIS MASII,  
amici nostri honorandi, conjuge ANNA  
qua repentino & inſperato plane obitu suo  
peperit. Illa enim etate florentiſſima, virt  
que ſedula matrifam, & uxori ſuarviſſima ſim  
ſui mariti amantiſſima, ut ſæcun  
ſollicita conveniunt, viã omnis carnis ingre  
atate, liberis, opibus honoribus ſtoreret & b  
gulari modestia ac pietate ornaret. Nata es  
Et a matrona ſeculi ſuperioris Anno nonageſim  
neſtiſſimis parentibus, cum patrẽ babuerit, J  
CHÆLIS & ANNAM BODDEKERS m  
ternus ei fuerit JACOBUS MICHAELI  
mus, maternus vero, HENRICUS BODDEK  
ligioſus publicè & privatim bene notus & in p  
nemundensi, quam adminiſtravit, juſtè a  
tus. Iſti parentes cum ſcirent ſexuſ muliebr  
tutes eſſe, Pietatem, caſtitem, domi cuſtodia  
ſbas comitare amant, alias, tenera atate pu  
runt, ut cum lacte materno pietatem, qua ce  
tum eſt fundamentum, inbiberet, eamq; cr  
aſſiduo verbi divini auditu in officina Spir  
ret, auget ac confirmaret. Acceſſit ex  
efficacia, quod cum illa quotidie tanquam ſp

43

